

## Psalmus

sperantes (saturabo panibus) .i. bonis spiritualibus reficiam. **Sacerdotes** .i. platos ecclesie (induas imitatione vite saluatoris) in quo perfecta sanctitas fuit .v. ex omni parte luceant virtutibus et doctrina (et facti eius) .f. fideles baptismo sanctificationi in exultatione mentis et corporis (exultabunt) in futuro sempiternas suscipietes coronas glorie. **Benedico** exultabunt .f. de christo . quonia **Illuc** .i. in ecclesia qua ad habitationem elegi (extendam altitudinem regni christi) quod in illis extenditur quibus dictus est . beati pauperes spiritu . quoniam ipsorum est regnum celorum . et etiam ante b (parani lucerna christo meo) .f. Jobanem baptista q predicado et baptisado viam christo dno preparavit. **Inimicos** eius incredulos et peccatores obstinatos (induas cofusione) in futuro iudicio cu audituri sunt . discedite a me maledicti (super ipsum autem christum effloret sanctificatio mea) quia eius sanctificatio et gloria que manifestabit in fine seculi erit immarcescibilis.

**Psalmus. CXXXII.** in quo monet ad dilectionem fraternam. **Propheta comedas** fraternam charitatem ait;

**Eccequam** bonum utile (et q iocundum) et delectabile est (habitare fratres in vnu) unitate charitatis et voluntate concordet. quorum est vnum cor et vna anima in domino. **Bene dico** utile et iocundum est habitare in vnum . quia super fratres habitantes in vnum. **Descendet** dei benedictio sicut vngentis gratie spiritus sancti existens (in capite) christo (descendet) in die penthecostes (in barba) .i. in apostolos viros perfectos proximo christo adherentes (barbas) dico (aaron) .i. christi quem prefiguravit aaron. **Quod** vngentis gratie spiritus descendens a capite non solus. **Descendit** in barbas . et etiam (in orna vestimenti eius) .i. in omnes fideles et in extremos qui erunt vsq ad fines mundi . fideles enim vestes dicunt christi . quia nuditatem eius fide nra vestimus . et religione honoram . sicut vestimenta domini . ora vestimenti dicunt ultimi sancti q erunt in ecclesia . sicut ros gratie christi q descendit super apostolos (in montem sion) congregatos. **Ideo** autem bonum et iocundum habitare fratres in vnum. **Quonia** illic in pcedi .f. habitatione (pmisit dñs b benedictionem) gratie sue et virtutum multiplicationem . et in futuro (vitam eternam).

**Psalmus. CXXXIII.** in quo monet ad diligendum deum. **Bonum** et iocundum est habitare fratres in vnu . vos ergo fratres q estis pariter congregati proficite quod restat vobis .f.

**Hinc bene** dicite dno (laudate eum (o vos oes sui ei)) **Benedicite** dico oes et vos maiores et perfectiores. **Qui** stans in ecclesia domo domini in penetralibus ei